



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd à puero in pietate educatus, postea in impietatem deuenit. Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

THEODORITI
EPISCOPI CYRI ECCLE-
SIASTICAE HISTORIAE

Liber Tertius.

De Iuliani imperio.

CAP. I.

Constantinus quidem, quoniam à fide paterna de-
flexerat, tristitia & mœrore oppressus, abiit è vita. Iu-
lianus autem ex Europa traiciens in Asiã, certior de
morte Còstantini factus est: & p̄pterea fidèti animo, utpo-
te qui nullũ iã haberet aduersariũ, imperium capessit.

*Quòd à puero in pietate educatus, postea in impie-
tatem deuenit.*

CAP. II.

Iste Iulianus, cum adhuc tenera esset ætate, necdum ex
pueris excessisset, lac succit piæ sinceræque doctrinæ.

Quinetiã cum pubesceret, & ipsam attingeret adolescẽ-
tiã, eandẽ doctrinam tenuit. Nam veritus Constantiũ, qui
dum extimesceret tyrannidẽ, cognatos è medio sustulerat,
in lectorum numerum ascriptus est, & sacros libros in Ec-
clesiasticis conuentibus perlegit. Sacram item ædẽ Marty-
rum cõstruxit ille quidẽ, sed martyres eã non æqui boniq;
cõsuluerunt, propterea quòd præuiderant illũ à vero dei
cultu ad impietatẽ deflexurum. Nã fundamentis eius ad si-
militudinem inconstantis & leuis mentis Iuliani agitatis,
ædes prius, quàm consecraretur, disiecta corruit. Itaq; hic
primæ & secundæ ætatis Iuliani modus fuit.

*Quomodo primum impietatem suppresses, eam po-
stea patefecerit.*

CAP. III.

Postea verò quàm Constantius venit in Occidentem,
quo bellum aduersus Magnentium gerendum eum
pertraxerat, & Gallum Cæsarem Orientis renuntiauit,
qui & vir pius fuit, & ad extremum vitæ diem pietatem
excolere non destitit, Iulianus metum, qui ei perutilis &
necessarius fuerat, eiecit ex animo, & iam armare se auda-
cia, &